


appropinquat proportioni graduum PG. Vergit tamen ver-
sus D. quidem ad proportionem sinuum DB. ad GE. at ver-
sus P. ad proportionem sagittarum BP. ad FP.



IV.

DE MENSURA TEMPORIS, SEV MO-
RÆ PLANETÆ IN QVOLIBET ARCV
orbitæ.

*Qua ratione planum Elliptici segmenti fit aptum ad
mensurandam planeta moram in illius
segmenti arcu?*

Non aliter, quàm si diuisione circuli in partes æ-
quales, constituentur arcus ellipseos inæquales,
& parui circa Apfidas, maiusculi circa longitudines
medias, in hunc modum.

Centro B. interuallo BP. scribatur circulus PDRT. eu-
ius diameter PBR. & in eo, ut in lineâ Apfidum, A. Sol,
Bbbb 5 font